



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annus Cisterciensis

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

Meglinger, Joseph

[S.l.], Anno MDCLXXXII.

1 Martij Calendæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45295



ANNI
CISTERCIENSIS
MARTIUS.

I Martij. Calenda.

Floruit
Circa
annum
1151.



EATE HUGO de Monte-felici: qui sub Paterna Melliflui BERNARDI institutione, puritatis, qualem Angelicus Magister amabat, innocentissimæ tyro, numeraris inter præcipuos, qui tanto Doctore dignos se discipulos probavere. Nullius, qui in Claravalle vitam monasticam sunt amplexi, non ardentissimum votum fuit, in dulcissima BERNARDI præsentia luctari cum morte: cum nemo de salute æterna dubitaret, si illius patrocinio munitus decederet. Eadem tibi felicitas obtigit; dum te ad coelum, tanquam sui adventûs nuncium, præmisit. Trade, ac imprime memorie meæ aur a sanctioris vitæ documenta, quæ tibi os illud divinum instillavit. Ad-

de Rationi mea lumen, ut illa bene percipiam: Voluntati promptitudinem, ut illa fidelissimè observando, te sequar, quò tu me felicissimè præcessisti.

B. SIMPLICI: qui in Bona Valle *Obijt*
juvenilibus humeris suave Christi ju- *anno*
gum suscipiens, compendiosum ad cę *1132.*
los iter in primo ætatis flore invenisti.

Cùmq; de præmatura morte tua ma-
ter: apud Hugonem Abbatem quere-
retur; nec ad ejus consolationem ac-
quiesceret, licèt affirmantis, quòd in-
ter cœlestes choros te in magna glo- *Ejus*
ria jubilantem viderit: tu fletum illum *vox post*
cantu detersisti: dum illa sub media *mortem*
monachorum psalmodia vocem tuam *in choro*
præ cæteris suaviùs, & clariùs reso- *audi*
nantem audivit. Doce me puras in ora *tur.*

tione manus in cælum levare: & Angeli-
cum illud munus, devoto cantu laudandi *DEUM*
Deum, cum debita reverentia & attentio- *cantan-*
ne implere. Id enim nihil aliud est, quàm *do lau-*
agere in mortali corpore vitam cœlestem. *dare, est*

S. BERNARDUS, serm. II. in Cant.

Nihil ita propriè quendam terris *Vita cę-*
representat cœlestis habitationis sta- *lestis.*
tum, sicut alacritas laudantium De-
um.